Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38295
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& diuitis. sed populum principib: comparet. Et. e. sensus. Cernens infidelis
populi prouaciam. & quod indumentaciae. noluerit recipere disciplinam. hoc
mecum secione tractabam. forsitan uulgus ignobile. non potest dinoscere doctri
nam. & idcirco excusabile est. Quia ppter impertiam. dinouual & scire mandata.
Pergamigitur ad sacerdotes. & ad eos qui preesunt populo & loquaris. ipsi enim
uoluntatem dni cognouerunt. & sciunt iudicium dei. Hoc autem dicit sermone
dubitantis. Iuxta illud euangelicum. Mittam filium meum. forsitan ipsum
reuerebuntur. Ut ex ambiguitate sententiae. & suspensione uerborum
liberum hominis monstrent arbitrium. Et ecce magis hi simul confregerunt
iugum. ruperunt uincula. idcirco percussit eos leo de silua. lupus aduespere
uastauit eos. pardus uigilans super ciuitates eorum. omnis qui egressus fuerit
exeis capiet. Quia multiplicatae sunt iniquitates eorum. confortatae sunt
auersiones eorum. Quos magistros putabam. inuenti sunt peiores. ee. discipli.
Et quanto in diuitib: maior auctoritas. tanto maior insolentia peccatorum.
Confregerunt enim iugum legis. Dicente apostolo. Nunc ergo quid temp
tatis dni. imponere iugum super ceruicem discipulorum. quod neq: patres nostri
neq: nos portare potuimus. sed per gratiam dni ihu credimus saluari. quemadmo
dum & illi. Ruperunt q: uincula preceptorum dei. & non fariseorum. De quib:
in secundo psalmo dicitur. Disrumpamus uincula eorum. & proiciamus a nobis iu
gum ipsorum. Quia igitur ista fecerint. percussit eos leo de silua. regnum uide
licet babilonium. Lupus aduespere uastauit eos. medos persas q: significans.
Pro quo in uisione daniheli ursponitur. cuius in ore tres erant ordines. Pardus
uigilans super ciuitates eorum. alexandri imperium preeforgunens. & uelocem de
occidente usq: ad indiam percussionem. Pardum autem uocat obuaritatem. &
quia plurimis sibi subditis gentib: contra medos dimicauit ipsas. Et quatuor
in quidem erant capita in bestia. & potestas data. e. ei. Et quia non de futuro ua
ticinatur. sed de preteritis uel iam iamq: uenturis texit historiam. Idcirco
autem de romano tacet imperio. de quo forsitan dicitur. omnis qui fuerit egres
sus exeis capiet. Causas que dedit cur ista pperssisint. quia multiplicatae
sunt preeuaricationes eorum. & pseuerauerunt in nimis gressionibus.